

- HE. At ego faciam ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo.
 STA. Eia, credo ego imperito plagas minitaris mihi.
 HE. tandem ista~~ec~~ aufer dic quid fers, ut feras hinc quod petis.
 STA. Satis facundu's. sed iam fieri dicta compendi volo. 965
 HE. Ut vis fiat.
- Bene morigerus fuit puer, nunc non decet.
 hoc agamus. iam animum advorte ac mihi quae dicam edissere.
 si eris verax, ~~ex~~ tuis rebus feceris meliusculas.
- STA. Nugae istaec sunt. non me censes scire quid dignus siem?
 HE. At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.
 STA. Pauca effugiam, scio; nam multa evenient, et merito meo,
 quia et fugi et tibi surripui filium et eum vendidi. 970
 HE. Cui homini?
- Theodoromedi in Alide Polyplusio,
 sex minis.
- HE. Pro di immortales, is quidem huius est pater
 Philocrati.
- STA. Quin melius novi quam tu et vidi saepius.
 HE. Serva, Iuppiter supreme, et me et meum gnatum mihi.
 Philocrates, per tuom te genium obsecro, exi, te volo. 975

V, 3

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS

- PHIL. Hegio, assum. si quid me vis, impera.
 HE. Hic gnatum meum
 tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.
 PHIL. Quam diu id factum est?
 STA. Hic annus incipit vicensimus. 980
 PHIL. Falsa memorat.
 STA. Aut ego aut tu. nam tibi quadrimulum
 tuos pater peculiarem parvolo puero dedit.
 PHIL. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memoradum mihi.

- HE. Ich besorg, dass du dich schämst; denn ganz in Röte tauch ich
 dich! ~~zu dir~~ Ich bring dich!
- STA. Holla, Schläge, glaub ich, drobst du da mir Unerfahrenem an!
 Lass das endlich; sag, was bringst du, dass du kriegst, was du
 verlangst.
- HE. Recht beredsam bist du; doch ich will, dass du dich kurz jetzt
 fasst. 965
- STA. Wie du willst.
 HE. (beiseit) Gefällig war als Knabe er, nun ziemt sich's nicht.
 (Laut) Nun zur Sache! Pass jetzt auf und leg mir dar, was ich
 dir sag.
 Bist du aufrichtig, wirst ein wenig besser machen du dein Los.
 Leeres Zeug ist das! Meinst du, ich wüsste nicht, was ich verdienen?
- STA. Aber einigem, wenn schon nicht allem, könntst du doch entgehn. 970
 STA. Wenigem, ich weiß, entgeh ich; viel passiert mir, und mit Recht,
 Weil ich dir entflohn bin und den Sohn entführt hab und verkauft.
 HE. Und an wen?
 STA. In Elis an Théodorómédés Polyplúsius
 Für sechs Minen.
 HE. Ewige Götter, das ist des Philocrates
 Vater ja!
 STA. (Trocken) Ich kenn ihn besser ja als du und sah ihn mehr. 975
 HE. Juppiter, Höchster, rette mich und meinen Sohn! – Philocrates,
 Bitte hör, bei deinem Genius, komm heraus, ich brauche dich!
 (Der Gerufene tritt heraus.)

V, 3

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS

- PHIL. Hegio, da bin ich! Wünschst du was, befiehl!
 HE. Der sagt, er hab
 Deinem Vater in Elis für sechs Minen meinen Sohn verkauft.
 PHIL. Wie lang ist das her?
 STA. Mit diesem Jahr beginnt das zwanzigste. 980
 PHIL. Lügen sagt er.
 STA. Ich oder du; denn einen kleinen Knaben gab
 Von vier Jahren für dich selbst dein Vater dir, selbst Knabe noch.
 PHIL. Welches war sein Name? Wenn du wahr sprichst, nenne ihn
 mir doch.